Ad quietationem ultra proximos Officij praesentis Castren(sis) Przemyslien(sis) terminos deducen(dum) sibi non reservando nullasq(ue) nonnullas appellationes ac earum prosecutiones faciendo praemissaq(ue) omnia sponsionibus simplicibus vel duplicatis evasionem suspensionem fatalijs juris prosecutione terrestri bello commotioneq(ue) ac alijs quibuscunq(ue) juris remedijs et defensijs non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo. Hic suis praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa omnia et singula mediantibus.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta in crastino Festi Sacratissimi Corporis Christi Domini anno eiusdem Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Nono. 13/VI 1659

Maytkowski Castellanae Praemislien(sis)

DONAT.

Comparens personaliter coram Officio Actisq(ue) praesentibus Castren(sibus) Capitan(ealibus) Przemyslien(sibus) Nobilis Demetrius Petrasowicz Maytkowski sanus mente et corpore existens a terris districtibus jurisdictionibus suis domibusq(ue) suis quibuscunq(ue) propriis et competentibus recedens praesenti vero Castren(si) Capitan(eali) Przemyslien(si) jurisdictioni quoad actum praesentem attinet seseum suumq(ue) bonis suis gestibus totaliter et plenarie incorporans atq(ue) subijciens palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et haereditaria in praetacta nuncupata Jedny trzy Agri w Blokach inter metas ab una antea Nobilium Andreae et Petri Gieregowiczow Maytkowskich ad praesens vero possessoris et haereditatis in praetactis M.ci D.ni Castellani Przemyslien(sis) ex altera vero parte Nobilis Athanasij Sozanski tum Kluam sui Regis totam et integram ad eandem sortem seu agrum

Juhyny in latitudinem et longitudinem ad proportionem
eiusdem agri Juhyny sese protendens in Villa Maythow
Terra et Districtu praefato Premisliensi consistens Summariae
praemissorum iure Dnio haereditate cumque omnibus et singulis
eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus
emolumentis obventionibus commodis attinentiis et pertinentiis
generaliter universis. Nihil ex praemissis iuris Dnii proprietatis haereditatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae praefatae
suisque successoribus aut alio quopiam retinendo seu reservando
Verum prout eadem bona Dns praefatus [illegible] tenuit
habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem serviebant sicque nunc et de facto Magcae Elisabethae
a Szemberg olim Magci Sigismundi de Srekanowice Jastowa
Castellani Premisliensis Consorti derelictae Viduae eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit dat
donat ac titulo puro mero ac irrevocabili Donationis inscribit et resignat perpetuo. Inque quidem bona
praefata per se [illegible] donata iamque nunc et de facto
idem [illegible] Maythowski Magcae Jastowa
Donatariae suae eiusque posteris coram Officio praesenti dat
et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per illam quaemcumque competentem et illius diebus quandocumque voluerit obsese acceptandis. Per ipsam Magcam
Jastowa Castellanam Premisliensem Donatariam suam et
illius posteros hoc eadem bona praefata donata cum universis eorum utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et
possidendi illisque quiete et pacifice utifruendi ac ad suos
quorumcumque usus quomodo beneplacitis usufructibus libere et effectualiter convertendi perpetuis temporibus
Debetque et tenetur memoratus [illegible] pro se ac suos successores
et super bonis suis quibusvis de summis pecuniariis
habitis et habendis dicta Magca Jastowa Donataria
sua et illius successoribus inscribit et obligat praefatus

ipsam

ipsam et eius successores in dictis bonis praesentibus do-
natis et ratione eorundem ab omni et quavis impeti-
tione iuridica quarumvis personarum cuiuscunque
conditionis status et sexus existentium existeret exori-
unda in omni Judicio et Officio Regni semper
toties quoties opus fuerit per omnes Praesentatio-
nes Terrestres prout ad quamlibet personam
Terrestris spectat et pertinet Praesentatio tueri de-
fendere evincere intercedere et eliberare indem-
nemque cum posteris reddere Nec non bona eadem
praesentibus donata ab omnibus in genere Juri-
bus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus
super eadem bona praesentibus donata cuiuis
personarum quocunque modo factis et faciendis tum eti-
am a quibusvis Citationibus in eadem bona praedicta do-
nata importatis et importandis Lucris deinque et perlu-
cris processibusque Juris quibusvis in quovis puncto
et gradu Juris dependentibus et in quovis Judicio et Officio
Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis
praedictis donatis perductis et perducendis emundare et
deliberare mundaque et libera semper facere ac eadem
Inhonestam praefatam coram officio praesenti admissam
in possessione bonorum praefatorum praedictorum resignatorum
dictam per Magnificum et Nobilem officiose requiretur non
denegare imo debebit et tenebitur eandem libere
dare et effectualiter admittere ditaque et admissam
eandem possessionem et usumfructum praemissorum
Omnium quovis modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas non impe-
dire nec adimere ipsamque Donatariam suam et eius
successores in praemissis omnibus praedictis resignatis nullo
modo inquietari Ita et eadem bona praedicta donata eadem

Mgcæ Tarlowa Donataria sua cum suis posteris quiete et
pacifice Inscriptionis seu Donationis vigore tenere habere et pos
sidere queat illisq. uti frui possit perpetuo et in aevum
irrevocabiliter Idq. sub damnis Terrestribus simpliciter
absq. corporali iuramento taxandis et educendis per praefatum
Regentem Nobilem Mayskowski et eius posteros superstites
Mgcæ Donatariae suae eiusq. successoribus ob non comple
tionem praemissorum Omnium et singulorum tam in toto quam
in quavis minima parte toties quoties opus fuerit ad
solvendum succumbens. Nihilominus supradictus Regens
Nobilis Demetrius Mayskowski debebit et tenebitur sicut
se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus
ac summis pecuniae quibusvis habitis et habendis inscribit
Mgcæ Elisabethae de Sternberg Tarlowa Castellanae Czchovi
ensi Donatariae suae eiusq. posteris inscribit et obligat
praefatam Nobilem Fedoniam Consortem suam Ihmans cum
duobus amicis illius de linea paterna et materna pro
ximioribus ad consentiendum per ius de Iuribus suis Re
formatorio et Advitali aut alio quovis a se Regente habito
approbandamque Inscriptionem seu Donationem ad Acta
quaevis authentica Regni perpetua intra decursum
duodecim Septimanarum vel in eventu mortis successores
illius statuere et personaliter adducere absque vel
eius successoribus ut praemissa exequantur efficere Idq.
sub aliis similibus et seorsivis damnis Terrestribus simpliciter
absq. corporali iuramento taxandis et educendis per eundem
Regentem Nobilem Mayskowski sive eius successores erga
Mgcæ Tarlowa Donatariae suae vel illius posteris ob
non statutionem praefatae Consortis suae vel in eventu
mortis successionem ipsius pro tempore et loco supe-
rius expressis ad exequenda praemissa ad solven-
dum succumbendis. Pro quibus quidem damnis
Terrestribus simpliciter absq. corporali iuramento taxandis

modo

modo praemisso ad solvendum succumbit ac re aliqua praemissi
ex praemissis non completa complenda complendisque prae-
missis citatus ex officio mutatis Regni Illis Demetrius Mar-
chowski suie illius posteri ad instantiam Generosae Magnificae
Elisabethae de Sternberg Tarlowa Castellanae Premysliensis
Dominantiae suae vel eius successorum ad officium praesens
Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recesso dispositione
quoad respondentis spectat mediante semper in primo
actionis termino tanquam peremptorio stare sumptis parere re-
spondere damna praestanda tenere hereditate insuper praesenti
satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebi-
tur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et
obligat praesens Eundem terminum primum peremptorium
et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem terminos
semper peremptorios vera infirmitate Proximiori Mi-
norennitate successorum Legatione intra vel extra Re-
gnum servitio militari et morte ad Divinam vel
alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non
differendo Adquiescendo ultra praesentis officij praefati
Castrensis Premysliensis terminos dilationes sibi non veniendo
nullasque motiones appellationes ac earum sequiones faciendo
praemissasque omnia solis simplicibus vel singularibus
exceptionibus suspensionibus fatalibus iuris Prorogatione Servi-
bello Conventione ac alijs quibusvis iuris remedijs
ac defensis non subterfugiendo nec alio modo quovis
evadendo Hac sua praesens personali Recognitione ad
promissa mediante

Actum in Castro Premisliensi Sabba- 12/VI 1659
tho post Festum Sacratissimi Corpo-
ris Christi Domini proxima